

## Die Urkunden Karls des Großen, 63a

Carolus gratia dei rex Francorum vir inluster. Cum nos in dei nomine Longlario villa una cum obtimatibus vel pontificibus seu inlustribus viris ducibus comitibus sederemus ad universorum causas audiendas vel recta iudicia terminanda, ibique veniens venerabilis vir Sturmio abba de monasterio Fulda, ubi dominus et sanctus Bonefacius in corpore requiescit, homine aliquo nomine Sinlei interpellabat repetitivque, eo quod res illas in loco qui dicitur Autmondistat, quod dominus rex Pippinus per suum praeceptum ad causam sancti Bonefati condonavit, una cum adiecentiis..... domibus edificiis pratis silvis aquis aquarumque decursibus ac totum et integrum, quidquid ad ipsa villa Autmondistat aspicere videtur.... Thiotgaudus recognovit et subscrispit. Datum quod fecit mense novembrio die III in anno quarto regni nostri.